

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas at
cum fonte primo

Quatuor milia librorum Didimus grammaticus scripsit;
misererer homini, si presens esset, si tam multa legisset superuacua.
In hiis libris de patria Homeri queritur,
de Enee matre uera,
in hiis an libidinosior an ebriosior uixerit,
in hiis an Sappho publica fuerit,
et alia que erant dediscenda scire, si scires.

Sed si ad nostros quosque perueneris,
ostendam multa securibus recidenda.

Metire ergo etatem tuam tam multa non capit.

Audi quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta ueritati sit.

Seneca ibidem (LXXXVII. epistola).

Quatuor milia librorum Didymus grammaticus scripsit:
misererer si tam multa supervacua legisset.
In his libris de patria Homeri quaeritur,
in his de Aeneae matre uera,
in his libidinosior Anacreon an ebriosior uixerit,
in his an Sappho publica fuerit,
et alia quae errant dediscenda si scires.
I nunc et longam esse vitam nega.
Sed ad nostros quoque cum perveneris,
ostendam multa securibus recidenda.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 88.37-38
(L. Reynolds ed., vol.1, p.321, ll.11-18).

Metire aetatem tuam: tam multa non capit.
De liberalibus studiis loquor:
philosophi quantum habent supervacui, quantum ab usu recedentis!
Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones et coniunctionum
ac praepositionum proprietates descenderunt
et invidere grammaticis, invidere geometris;
quidquid in illorum artibus supervacuum erat transtulere in suam.
Sic effectum est ut diligentius loqui scirent quam vivere.
Audi quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta ueritati sit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 88.42-43
(L. Reynolds ed., vol.1, p.322, ll.10-18).